



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vsvardi Martyrologivm**

**Usuardus <Sangermanensis>**

**Lovanii, 1573**

In Eximivm D. Ioan. Molanvm, Petri Bacherii, S. T. P. Carmen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42790**

IN EXIMIVM D. IOAN. MO IN D

LANVM, PETRI BACHERII,

S. T. P.

Carmen.

**D**Iuum reliquias, & Belgica nomina bustis  
eruis, ingrato nomina pressa situ.  
Est aliquid cineres, & frigida gramine saxa  
spargere odorato, virgineisque rosis.  
Sed plus est dotes animi, præclaraque facta  
scribere, & egregios tollere in astra viros.  
At superi, (quorum virtus, & nomina crescunt,  
& rutilant, calamo docte Molane tuo.)  
Munera pro meritis olim sat magna viciſſim  
reddent. Post cineres hunc reor esse diem.  
Quin etiam cordati omnes, ac postuma fama,  
te referent Belgis consuluisse tuis.  
Dum promis Belgis Belgarum exempla priorum,  
& struis admotâ frigida corda face.  
Quantum Hanones, Flandriq; tibi, ditesque Brabant,  
& debet quantum terra Bataua tibi.  
Quorum maiores, qui cedro digna locuti  
qui ve suos vita commonuere pia,  
Afferis à tenebris, & aperto lumine donas:  
tæda sub obscuro ne lateat modio.  
Te scribente pij rutilant in imagine Diuī,  
atque nouus pictis stat nitor in tabulis.  
Te scribente pij surgunt de carcere, & vmbbris,  
nec sinis inuiso tanta perire situ  
Nomina. Sed quo te studijs pro talibus ornem  
carmine, Smyrnæis digne Molane modis?  
Si votum accipiunt Superi, pete serus Olympum  
ac vmbras inter commumerere pias.

INDI